



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Sancti Elmeri Collegivm Molhaiense, in d. Leodiensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

contiguum: quod cum Baldricus Episcopus fossis munire vellet, restituit cum exercitu Lābertus Barbatus, Comes Louaniensis; & ex parte Episcopi trecenti ceciderunt. Ad quorum refrigerium idem Episcopus Leodij cōstruxit monasterium Sancti Iacobi in Insula.

C A P V T LXXX.

S A N C T I E L M E R I C O L L E G I V M
Molhauiense, in d. Leodiensi.

Collegium hoc situm est in diœcesi Leodiensi, non procul à Mariæ Burgo Hannoniæ opido, duobus milliaribus à Giueto opido ad Mosam sito. Fuit autem *s. Elmerus Episcopus & confessor, ac Molhauensiū Patronus, de quo vide Molanum in Natalib. Sanctorum Belgij 27. Augusti.*

S A N C T I M O N O N I S C O L L E G I V M
Nassouiense in d. Leodiensi,

SANCTVS Mono Martyr, angelico monitu, ex Scotia in Arduennam venit, vbi solus soli Deo multo tempore seruiuit, & feliciter occubuit, à sicarijs latronibus confessus; vbi etiam est sepultus in Ecclesia quam ipse construxerat. Est autem *Nassoin pagus illustris sanguine & reliquijs gloriosi Martyris, sub ditione Abbatis monasterij Sancti Huberti, quod est in Arduenna; à quo duobus milliaribus distat intra diœcesim Leodiensem.*

I S Nomi-